



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1857

LXXXII. Die Knappen Nicolaus und Henning von der Leyne entsagen, zum Vortheil des Klosters Chorin, ihrem Anrechte auf eine Getreidehebung aus dem Dorfe Goltze, am 15. Juni 1348.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54745](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54745)

LXXXI. Markgraf Ludwig überläßt dem Kloster Chorin den Zins von 18 Hufen Landes in Bölkendorf, am 9. Dezember 1347.

Nouerint vniuersi tenorem presencium inspecturi, Quod nos Ludovicus, dei gracia Brandenburgensis et Lusacie marchio, comes Palatinus. Reni, bauarie et karinthie dux sacrique romani Imperii archicamerarius, Ob honorem et reuerentiam omnipotentis domini, gloriose genitricis sue virginis marie et omnium sanctorum, nec non ob iugem et perhennem Magnificorum Principum marchionum brandenburgensium predecessorum nostrorum bone recordacionis, nostre, heredum et successorum nostrorum animarum memoriam, eciam vt diuinus cultus magis et magis deinceps augeatur, damus et donamus per presentes Religiosis fratribus Abbati et Conuentui Monasterii Coryn, ordinis Cystericiensis, brandenburgensis diocesis, proprietatem decem et octo mansorum, sitorum in villa Boldekendorp, cum omnibus iuribus, graciis, commodis et honoribus ad predictos mansos, videlicet censum ipsorum, pertinentibus, ad monasterium et conuentum predictos perpetuis temporibus sine impedimento quolibet pertinendos, sic tamen quod nichil juris, quam solum censum de eisdem mansis sibi debebunt in antea vendicare. Renunciantes pro nobis, heredibus et successoribus nostris omni iuri, actioni et inpetitioni, quod vel que nobis in dictis mansis, videlicet solo censu, competunt aut competere poterunt aliquo modo in futurum. In cuius Testimonium Sigillum nostrum presentibus duximus apponendum. Testes vero huius sunt Strenui viri fridericus de Lochen, Capitaneus noster, Hasso de Wedel, senior, Bonbrecht, pincerna, Grisecko de Gryffenberg, milites, Henningus de Blanckenburg, Gerko Wolf, Buffo Gruelhut, famuli, cum ceteris pluribus fidedignis. Datum Berlyn, Anno domini Millesimo CCC°. XL. septimo, dominica post nycolai.

Nach dem Originale des R. Geh. Staatsarchives.

Diese Urkunde enthält in dem Copialbuche, woraus Gercken Cod. VI, 461 dieselbe edirt hat, am Schlusse folgendes Zeugen-Verzeichniß:

Testes lochen, hasso senior, pincerna, Grisenberg, hen. de Blankenburg, wolf, Gruelhut. Datum Berlyn, anno XLVII°. dominica post Nycolai.

Copialbuch M. Ludwig I., betr. die Vogtei Barnim Nr. 89.

LXXXII. Die Knappen Nicolaus und Henning von der Leyne entsagen, zum Vortheil des Klosters Chorin, ihrem Anrechte auf eine Getreidehebung aus dem Dorfe Golze, am 15. Juni 1348.

Cum breuis sit hominum memoria vitæque eorum labilis, Necessè est ea, que jnter homines fiunt, ne in obliuionem deueniant, litterarum descriptione ac honestorum testimonio perhennari. Hinc est, quod Nos Nycolaus et hennyngus, dicti von der Leyne, famuli et fratres, Recognoscimus Cunctorumque noticie, quorum interest aut quibus nosse fuerit oportunum, dilucide declarantes, Quod de vnanimi consensu omnium heredum nostrorum, quorum consensus de jure uel de facto fuerat requirendus, duo frustra annone annui pacis, super quibus olim materia quæstionis jnter vene-

rabiles et religiosos viros abbatem et Conuentum monasterii Choryn parte ex vna et Nos parte ex altera fuerat fuscitata, in villa Goltz sita, Resignauimus et presentibus resignamus ecclesie memorate libere et pacifice in perpetuum possidenda, Renunciantes omni actioni, questioni et inpetitioni, que nobis et heredibus nostris in dictis bonis competebant seu competere videbantur. In Cuius Certitudinem et euidens Testimonium presentia eis dedimus, nostri Nycolai sigillo roborata. Actum et datum anno domini M^o. CCC^o. XLVIII^o., In die dominica sancte et indiuidue Trinitatis. Testes huius sunt honorabilis vir dominus Thidericus prepositus in Czellyn, Hennyngus de Blankenborch, Hermannus wythhe, Hennyngus Malchow et Otto Morner, famuli, cum pluribus aliis fide dignis.

Nach dem Originale des K. Geh. Staatsarchives.

LXXXIII. Herzog Ludwig der Römer versöhnt sich in seinem und seines ältern Bruders Namen mit dem Kloster Chorin wegen des falschen Waldemar, am 16. Juli 1349.

Nouerint uniuersi tenorem presentium inspecturi, quod nos Ludouicus, dei gratia Dux Bauarie et Comes Palatinus, dictus Romanus, vice et nomine illustris principis Ludouici, Marchionis Brandenburgensis, fratris nostri karissimi, nostrique ipsius ad religiosos viros Abbatem et Conuentum monasterii Koryn per generosos placitorum tractatus suimus reclinati et cum eisdem micis concordati, Taliter quod omnem materiam indignationis siue ingratitude nomine cuiusdam victi Woldmari hactenus contracte ipsis dimisimus, relaxauimus et presentibus penitus relaxamus. Recolligentes et refuentes predictos Abbatem et Conuentum ante dicti monasterii cum omnibus et singulis ipsorum personis, hominibus, rebus et bonis suis quibuscunque et qualitercunque nominatis siue nuncupatis in nostram specialem gratiam defensionem et tutelam. Volentes quoque quod omnia et singula bona ipsis siue monasterio predicto probabiliter pertinentia, occasione antedictae dissensionis ab ipsis distracta vel violenter occupata, per quoscunque id factum fuerit, ad dictum monasterium contradictione qualibet quiescente libere reuertantur. Mandando insuper firmiter et districte omnibus et singulis nostris capitaniis, aduocatis et officiais omnibusque amore predicti fratris nostri et nostri quicquam facere volentibus seu dimittere, quatenus predictos fratres ut premittitur in nullis grauaminibus inquietare audeant vel permittant sed potius promoueant efficaciter gratie nostre sub obtentu. In cuius testimonium et efficaciam firmiorem sigillo fratris nostri prescripti appenso nostrum duximus appendendum. Testes vero huius sunt, nobilis vir Fridhelmus de Kotebuz, strenuique viri Johannes Lyntzendorfer, curie nostre magister, Betekinus de Ost, Valko de Lyeznitz, Marquardus Loterbeck et Henningus de Wedel, milites, cum ceteris pluribus fide dignis. Datum Koryn, anno domini millesimo trecentesimo quadragesimo nono, feria quinta in crastino diuisionis apostolorum beatorum.

Aus dem nach dem Originale des K. Geh. Staatsarchives berichtigten Abdrucke in Gercken Cod. II, 486. Im Datum steht bei Gercken feria quarta.